



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

25. De D. Petro Apostolo, qui mœniorum Romanorum partem tuendam suscipiens, ab hostium impetu liberam conseruauit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

roen istum paulò ante obitum, sacris nostris  
 initiatum, atq; ad diuinum lauacrum admi-  
 sum esse. Non absimile est, quod Syrorum ca-  
 stris legimus 4. Reg. 7. in quibus cum diu-  
 tus audiretur sonitus curruum & equorum  
 exercitus plurimi, dixerunt ad inuicem  
 Ecce mercede conduxit aduersum nos Re-  
 israel reges Gethæorum & Aegyptiorum,  
 venerunt super nos, surrexerunt ergo & fu-  
 runt in tenebris, & dereliquerunt tentoria  
 sua, & equos & asinos in castris, fugeruntque  
 animas tantum suas saluare cupientes.

*Procopius libr. 1. de bello Gothorum, De Di-  
 tro Apostolo, qui mœniorum Romanorum  
 partem tuendam suscipiens, ab hostibus  
 petu liberam conseruauit.*

C A P. X X V.

**G**Othis Romam obsidentibus, apud  
 tam Pincianam proximi muri partem  
 dam lapidum laxata iam pridem  
 page, seiuncta spectatur, non tantum  
 sed à medio ad summum fastigium scissu-  
 sanè collapsa, nec alias resoluta, sed ut  
 sic inclinauit, ut cætero muro extrinsecus  
 tim prominentior esse appareat, partem  
 ctior. Hanc muri partem cum demoliri  
 primùm Belisarius niteretur, & iterato  
 care cœpisset, obstitere Romani, Petrum  
 stolum pro indubitato se comperisse asse-  
 rantes, eius loci tuendi pollicitum cura-  
 susceperunt: Quid utique Romanis ex

successit, quandoquidem nec eo die, quo per Gothos sunt moenia oppugnata, nec per omne id tempus, quo urbem obsederant Barbari, hostilis vis vlla ad hunc locum peruenit, nec planè vnquam eodem tumultuatum. Et sanè me admiratio subit, nec Romanis nec hostibus ipsis, in ea tam diutina vrbis obsidione in memoriam venisse, muri hanc partem: quæ res cum miraculi postea loco sit habita, nec sarcire quidem in posterum quisquã, nec de integro restituere ausus est: sed ad hunc diem ea è regione seiunctus permanet murus.

*Gregor. Turonens. lib. 2. cap. 5. historia Francorum, De Chunis in Gallias prorumpentibus, & quomodo S. Seruatius Tungrorum Episcopus precatus sit Deum, & SS. Apostolos, ne gentem illam Barbaram Gallias vastare permetteret.*

## CAP. XXVI.

**C**Hunis in Gallias irruptionem meditantes, erat apud Tungros oppidum Seruatius eximæ sanctitatis Episcopus, qui vigilijs ac ieiunijs vacans, crebro lachrymarum imbri perfusus, Domini misericordiam precabatur, ne vnquam gentem hanc incredulam, seque semper indignam in Gallias venire permetteret. Sed sentiens per spiritum, pro delictis populi, sibi hoc non fuisse concessum, consilium coepit, vt expeteret urbem Romanam, scilicet vt adiunctis sibi Apostolicæ virtutis patrocinijs, quæ humiliter à Domino fla-

S 5 gita-